Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractio de incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 198

Mangillius, Antonius

[S.l.], 1632-1634

Capvt I.

urn:nbn:de:bsz:31-117158

Visual Library

DISPVTATIO III

De conuersione panis et vini in Christi corpus et sanguinem.

Hæc etiam disputatio aliquomodo, vt per se constat, pertinet ad materiam huius sententiæ, ac proinde disputationi de eadem materia subijcitur, quoniam a notitia eorum, quæ de conuersione panis ac vini in Christi corpus et sanguinem dicenda sunt, præsupponunt cognitionem conditionum quæ ad conuersionem vnius rei in alteram sunt necessariæ, ideo primo loco dicendum est de ijsdem conditionibus.

CAPVT I.

Quænam conditiones requirantur ad conuersionem vnius rei in aliam?

Præmittendum est conuersionem vnius in aliud esse transitum vnius in aliud siue desitionem vnius rei in aliam aut desitionem vnius ex positione vel successione alterius, quod a conuersio vnius in aliud nihil aliud sit præter id quod diximus, constat primo ex ipsa conuersionis voce vel eius etymologia et conceptu, vnum e. conuerti in alterum est vnum transire vel desinere in alterum. 2do idem colligitur ex ijs quæ docent Patres et Scholastici de conuersione. denique colligitur ex eo quod prædicta conuersionis definitio conuenit omnibus et solis speciebus conuersionis, vt patet inductione, nam conuersio alia est accidentalis qua res de vno esse accidentali transit in aliud, vt cum lapis de esse frigido transit ad esse calidum. alia est conuersio substantialis quæ est transitus vnius substantiæ in aliam et subdiuiditur in tres species inferiores quarum alia sit diei conuersio substantialis formalis eo quod per ipsam vna substantia transeat in aliam per solius formæ mutationem, vt cum lignum conuertitur in ignem. alia diei sit substantialis materialis, quia per ipsam vna substantia per mutationem vnius materiæ manente eadem formæ virtute diuina transire potest in aliam. denique alia est quæ sit diei conuersio substantialis totalis eo quod per ipsam vna substantia secundum se totam, hoc est, etiam secundum materiam et formam conuertatur in aliam substantiam; præter has verò mutationes nulla alia datur quæ vere et simpliciter conuersio appelletur, quod a definitio conuersionis supra assignata conueniat omnibus conuersionibus superius enumeratis, satis per se patet, sicut

nec

nec ulla alia mutatio reperiri potest cui predicta definitio conueniat, his a. premissis.

Prouidendum est ad conuersionem inchoandam quatuor conditiones esse necessarias. Prima est vt per istam conuersionem res quæ dicitur conuerti desinat esse in se. Patet ex definitione conuersionis assignata, conuertere enim dicitur esse transitus in aliud, transire a in aliud, et desinere in aliud idem est.

Obiicies: potest aliquid conuerti in aliud absque eo quod ullo modo desinat, vt cum hoc conuertitur in ignem, tunc s. neq; forma nec materia huius desinit et ad conuersionem non requiritur desitio. Respondeo negando ueg: nam quamuis in combustione huius nec eius forma neq; materia desinat esse, vere tamen desinit esse res siue totum nempe ordo quia desinit esse per destructionem vnionis intercedentis inter formam et corpus, neq; enim est id quod neq; forma huius neq; eius materia desinat, id neq; forma huius neq; eius materia dicitur conuerti in ignem vel eius formam quando hoc comburitur, ad conuersionem autem sufficit quod desinat esse id quod dicitur conuerti, sic vt in combustione ligni non modo lignum sed eius forma desinat, similiter per combustionem non modo lignum conuertitur in ignem, sed etiam forma ligni in formam ignis aliquomodo conuertitur, verum etiamsi forma ligni non desineret esse quando lignum comburitur eo quod a Deo miraculose conseruaretur separata ab eius materia vel in aliam materiam distinctam a materia ligni, adhuc lignum verissime diceretur conuerti in ignem per combustionem.

Secunda conditio est, vt aliquid succedat rei quæ conuertitur; constat ex ipsa definitione conuersionis quæ dicitur esse transitus siue desitio vnius in aliud. Præterea constat si rei quæ desinit nihil succederet tunc non esset conuersio sed annihilatio aut mera corruptio, vt accidit cum aer de luminoso fit tenebrosus.

Ex dictis hactenus colligitur conuersionem duas importare mutationes, quarum altera est negatiua cuius terminus a quo est positiuus nempe esse rei quæ dicitur conuerti, terminus a. ad quem est negatiuus, id est non esse eiusdem rei, et ideo hæc mutatio et transitus de aliquo esse ad non esse oppositum, altera mutatio importata a conuersione est positiua, atque hæc mutatio est alicuius siue formæ illius rei in quam altera dicitur conuerti, huius a. mutationis terminus a quo est aliquid non esse, terminus vero ad quem est esse oppositum, et ideo eadem mutatio et transitus de non esse ad esse.

Tertia conditio necessario requisita ad conuersionem est, vt sit connexio siue dependentia inter desitionem rei quæ dicitur conuerti, et positionem siue successionem rei quæ succedit et in quam altera dicitur conuerti, nempe ita vt desitio vnius fiat ex positione alterius.

Ita

tob ex definitione conuersionis: qa si desitio rei quæ conuertitur fieret ex positionis rei in quam illa conuertitur, res quæ desinit dicerentur conuerti, vel desinere aut transire in illam rem potq̃ in aliam quamlibet disparatam ex cuiq̃ positione desinit, atq ita si Deus v:g: in instanti annihilaret lapidem et in eodem instanti crearet Angelum, tunc vero diceretur lapidem conuerti, desinere, et transire in Angelum, qd et oto falsum, qa alia de causa nisi qa desitio lapidis fieret ex positione Angeli.

Ex dictis sequitur rem quæ conuertitur et rem in quam illa conuertitur habere aliqd munus coue respectu cuius eadem res inter regunt, ita vt in munq qd exercebat res conuersa succedat res in quam illa conuertitur, eq in eodem munere sit opposita. hoc vero constat ex eo qd alioqui inter illas res non esset talis connexio vt vna transiret vel conuerteretur in alteram, eo s. ipso qd vna res transit vel conuertit in alteram, hæc fit ex illa, sicut sanguis fit ex cibo aut ignis ex ligno, ita vt vere dici posit illud qd erat lignum nunc est ignis, quoth modo loquendi non significatur lignum precedens et ignem subsequentem et idem secundum eam substantiam et secundum formam, sed tm significatur ignem secundum suam formam exercere idem munq, qd lignum secundum suam formam exercebat circa materiam iniam quæ preuenit cum vtraq forma ijs et conditionibus qd munq et eandem materiam informare et complere, atq ex hujusmodi qd quando in definitione conuersionis dicitur conuersionem et transitum vel desitionem vnius in aliud, significatur implicite rem quæ positiue sive eius positionem habere respectum ad aliquod vnum conuertibile rei, incompossibilitas et inter res quæ non nisi successiue possunt in eodem contineri vel idem continere et ad eadem continentia sive actiua sive passiua se expellunt.

Quæres: vtrum incompossibilitas vel oppositio quam habent inter se res quæ conuertitur et res in quam conuertitur debeat de physica sive ex natura rei, an vero sufficiat qd illa duæ res habent moraliter tm aut ex decreto Dei incompossibilitatem in ordine ad vnum tertium?
Ego ad conuersionem physicam necessario requiri vt res quæ conuertitur et res in quam conuertitur habent incompossibilitatem vel oppositionem physicam ex natura rei in ordine ad aliqd tertium, vt exhibendis patebit.

Rursus ex dictis colligi qd conuersionem proprie loquendo dicere in recto mutationem negatiuam sive rei desitionem, in obliquo vero rei positionem ex vi cuius fit desitio, atq hæc et ratio cur conuersio simpliciter loquendo sit actus rei quæ desinit non eiq quæ ponitur vel succedit, et ideo conuersio tanquam forma denominans tribuitur soli rei desinenti, ea s. sola dicitur conuerti et conuersa, non a res quæ illi succedit,

et tm qd

& sic fit dici conuertens, vel conuertere alteram in seipsam nempe virtutes ipsig agentis; ex quo pti ad conuersio fit accipi passiue & actiue, it passiue sumatur, vt simpliciter & communiter sumitur, dicit in recto destitionem rei & in obliquo successionem alterig, vt supra diximus, atq hoc modo sumpta conuersio & actio & fōa rei quæ conuertitur, vt pti. it vero sumatur actiue videtur in recto dicere rei successionem vel positionem & in obliquo alterig rei destitionem, quæ fit ex vi eiusdem positionis, atq hoc modo conuersio & actus rei in quam altera conuertitur sicut illam denominat conuertentem.

Quarta conditio necessario requisita ad conuersionem & vt terminus a quo & terminus ad quem ipsig conuersionis sit positiuus, per terminum a. ad quem conuersionis n illiquid terminum ad quem immediatum illig prout & præcise destitio, siquidem huiusmodi terminus necessario debet ce negatiuus, vt constat, sed illiquid terminum ad quem ipsig positionis vi & cuius fit destitio quoq rei destitio inuoluit prout qua ut racem conuersionis, huiusmodi &. terminus dicitur terminus etiam ipsig destitionis quam in recto dicit conuersio simpliciter dicta, n qd sit immediatq illig terminus, sed mediatq vltimatus, rō. a. cur terminus a quo conuersionis ~~n cet positiuus~~ & terminus ad quem debeat debeat ce positiuus, &, qa si terminus a quo conuersionis n cet positiuus, tunc conuersio n distingueretur a creatione vel simplici transitu de n ce ad ce, vt & illuminando quæ reuera n & conuersio, si vero terminus conuersionis vltimatq n. cit positiuus sed negatiuus, tunc conuersio n distingueretur ab annihilatione vel simplici corruptione, vt & v. g. destitio luminis in aere, quam certum & n & conuersionem propriē & simpliciter dictam., atq hæc de conuersione in com dicta sint.

Quares: quasnam conditiones exigat conuersio substialis? Supponendum & pro solutione ad hoc quæsitum conuersionem substialem & transitum vel destitionem vnius substiæ in alia substiam, ac proinde huiusmodi conuersio appellatur etiam transubstantiatio, eaq solum vt & talis nunc vt & conuersio substialis, vulgari illa definitione, vt in Philosophia ostendimus, definitur: & mutatio totius in totum nullo sensibili remanente vt ibi eodem. his suppositis.

Et conuersionem substialem sicut & species conuersionis ita etiam requirere conditiones conuersionis in com supra assignatas, sed contractas per aliquam differentiam substialem. prima & vt substia quæ dicitur conuerti desinat ce in se. 2da vt altera substia in qua conuertitur succedat. 3tia vt destitio prioris substiæ hat connexionem cum positione vel successione posterioris, hoc &, destitio illig substiæ fiat ex positione

huius,

huiusmodi eo quod eadem subsistia habent incompatibilitatem in ordine ad aliquid conu., quia cum utraque subsistia successiue reperiatur connexum. 4ta est ut terminus a quo et terminus ad quem vbiumque conuersionis substantialis vere et subsistia, quae conditio necessario sequitur ex 3ma et 2da vel ab ijs non distinguitur, vt patet, atque has conditiones necessario requiri ad conuersionem substantialem ipsam, ferme rationibus probari potest, quibus potest. et supra ad conuersionem in communi exigi et supradictas conditiones.

Quaeres rursus: an ad conuersionem substantialem necessario requiratur vt eius terminus ad quem siue subsistia in quam fit conuersio producatur de nouo, sicut subsistia quae conuertitur desinit per huiusmodi conuersionem. ? Rs quamuis per conuersionem substantialem naturaliter loquendo producatur subsistia in quam altera conuertitur non tamen ad conuersionem substantialem necessario requiritur vt subsistia in quam fit conuersio de nouo producatur, ratio est, quia conuersio substantialis ex parte termini ad quem tantum exigit vt subsistia, quae est terminus ad quem, succedat alteri subsistiae desinenti ex positione illius, vt constat ex definitione conuersionis substantialis, si est. vna subsistia succedat alteri desinenti, ita vt huius desitio fiat dependenter ab illius positione vel successione. eo ipso subsistia desinens vero dicitur transire siue desinere in alteram subsistiam, quia est vnam subsistiam conuerti in alteram. ratio vlterior dicitur esse, quia conuersio vt conuersio nempe simpliciter dicta siue passiua est actus siue forma simpliciter soluens terminum a quo, cum eam solum denominet conuersum, ac proinde si subsistia quae est terminus a quo vere desinat ex positione vel successione alterius subsistiae licet ea non producatur de nouo, nihilominus subsistia quae est terminus a quo dicitur substantialiter conuerti, et per ~~ita~~ consequens huiusmodi conuersio est proprie et simpliciter conuersio substantialis, licet conuersio activa soluat id quod dicit in recto sit actus et forma accidentalis substantiae in quam fit conuersio.

Obiicies: ois conuersio substantialis naturalis exigit productionem subsistiae in quam fit conuersio ~~ut~~ vt inductione patet. Et etiam quaelibet alia conuersio substantialis exigit huiusmodi productionem, cum sit par ratio. Rs negando seq: ratio disparitatis est, quia conuersio substantialis naturalis non potest fieri nisi in vno et eodem esse communi vtriusque formae nempe ipsius subsistiae conuertentis siue in materia prima ipsiusdem substantiae communi, ita vt contrario vnius formae substantialis expellat eam et destruat alteram formam, hocla non potest fieri aliquo eo quod ex materia prima et forma substantiali de nouo in illo esse fiat siue producatur subsistia succedens subsistiae conuertendae, et ideo conuersio substantialis naturalis necessario exigit productionem subsistiae quae est terminus ad quem eiusdem conuersionis. Verum conuersio substantialis in communi siue secundum se tantum exigit, vt substantia

quae

quæ ē terminus ad quem conuersionis succedat alteri substiæ in aliquo munere, ita vt per ~~eand~~ suam successionem eandem substiam destruat, siue ipsa de nouo producatur, siue tm̄ de nouo adducatur, vel succedat in munus prioris substiæ, id e. sufficit ad hoc vt conuersio sit desitio et transitus vnius substiæ in aliam, in quo consistit rāo ē definitio substialis.

Obycies: ad conuersionem substialem necessario requiritur vt substia quæ ē terminus a quo conuersionis siue quæ conuertitur destruatur. Et etiam ad eandem conuersionem requiritur vt substia quæ ē terminus ad quem conuersionis ē in quam altera substantiæ conuertitur de nouo producatur; ē e. par rāo, alioquin n̄ erit conuersio substantialis. R negando rseq: rāo disparitatis ē, qa conuersio substialis, vt pt̄ ex ipsius definitione, importat desitionem substiæ quæ conuertitur, substia e. n̄ pt̄ conuerti vel transire in aliam substiam, nisi in seipsa destruatur ac desinat, contra vero definitio conuersionis substialis tm̄ exigit, vt substantia in quam fit conuersio, succedat priori substiæ eamq destruat, siue huiusmodi ꝑ successio fiat per productionem substiæ in quam fit conuersio, siue ita fiat vt aliqua substia præexistens succedat in aliquo munere substiæ quæ conuertitur ē sit incompoibilis vel opposita conseruaōi eiusdem substantiæ.

CAPVT. II.

An per consecrationem fiat vera conuersio panis in Chri corpus, et vini in sanguinem?

Negant Lutherani, qa putant in Eucht̄ia remanere panis substiam vna cum Chri corpore; idem negant Calvinistæ, qa negant Chru secundum substiam sui corporis vel sanguinis ēe præsentem in Eucht̄ia.

Propositio Catholica ē per consecraōem panem vere conuerti in Chri corpus ē vinum in sanguinem. Pbt̄ 1mo ex definitione ē declaraōe Concily Lateran sub Innocent. 3 can. 2 qui refertur in in capit. firmiter de summa Trinitate. ex Concilio Florent. in decreto Eugeny 4 § tertium ē. ē ex Trid. sess. 13 cap. 4 ē can. 2 quorum Conciliorum verba hic n̄ referimus, qa capite sequenti necessario referenda st.

2do pbt̄ ex Patribus, Chrysost. e. homil. 83 in Matth. ait Chrum ēe illum qui panem ē vinum in altari sanctificat ē transmutat. Nissenus in oraōe Cathech. cap. 27 asserit Dei verbo

panem